

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Francisci Xaverii E Societate Iesv Indiarvm Apostoli
Novarvm Epistolarvm Libri Septem**

Francisco <de Javier>

Romæ, 1667

Epistola VIII. Eidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46129](#)

110 S. FRANCISCI XAVERII
puta exercendi illius operis misericordia; quod in opportunâ castigatione merentium, nec nisi malo ad bonum adigi valentium, situm est. Deus te adjuvet, ut me quoque adjuvari ab eo cupio. Vale. Tatucurino pridie Idus Maij An. CCCCXIV.

Tuus in Christo Amantissimus Frater.

Franciscus.

EPISTOLA VIII.

E I D E M.

Cariissime in Christo Frater. Sabbato ve-
spere perveni Manapareim. Obiter
Combuture occurrentes confundarunt me
tristissimi nuncij de Christianis Promonto-
rii Comorinensis. Agi, ferrique, captivos
ab ripâ miserós à Badagis. abductos plurimos,
diffugisse reliquos in cavernas prominentium
in mare rupium. Ibi fame ac siti confici.
Illiuc Suppetias accurro, hac ipsâ nocte so-
luturus cum viginti Tonis Manaparensibus.
Ora Deum pro infelibus illis & nobis. Cu-
ra praesertim ut Fueri Deo pro nobis preces
offe-



I
rdia,
ium,
situm
uvari
Idus
er.

o ve-
biter
me
nto-
tivos
nos,
tium
fici.
so-
bus.
Cu-
reces

NOVARVM EPIST.Lib.2. III

offerant. Combuture mihi promiserunt loci incolæ se ibi Ecclesiam structuros ; & Manuël de Limâ pollicitus est , se ad structuram adjuvandam centum Fanaos de suo collaturum . Confer te Combuture ut insites & præscribas modum isti Operi . dare te in istud iter poteris feriâ quartâ vel quintâ . Tum hebdomadâ sequente , ibis , Deo volente , visitatum Christianos qui à Punicali usque Alendalen sparsim per agros degunt . singulas casas lustrabis , baptizando quoscumque reperies nondum regeneratos primo illo Sacramento . docens omnes & monens quæ opus est . Peculiarem eamque acrem diligentiam velim adhibeas in parvulis ubique recens natis aquâ sacrâ lustrandis . Quibus cura incumbit docendi Pueros , eosque statis horis congregandi , an officio fungahtur vide . Manuëli à Cruce Combuture moranti commenda , ut plurimum invigilet duobus illis Christianorum Carearum Pagis , diligenter attendens primum , ut subnascentes forte discordiæ statim extinguantur maturâ reconciliatione gratiæ . deinde ne quis Pagodes sculpat , nemo potu Orracæ se inebriet . Omnes Dominicis congregentur ad preces recitandas , audiendum-

que



112 S. FRANCISCI XAVERII

que Catechismum : Viri quidem manè ; Mu-
lieres vespero. Si erit isthic Franciscus Coēl-
lius , dic illi , festinet venire . sic jubere me .
Deus te suā protectione custodiat . Vale .
Manapare hāc feriā secundā xii . Kal . Iulias
An . cxcii .

Iam persolvi huic Mauro , cui tradō hanc
Epistolam , quod illi promiseram , ut iret Ca-
reapataum .

Tuus in Christo Amantissimus Frater .

Franciscus.

E P I S T O L A I X .

E I D E M ?

C Arissime in Christo Frater . Nuncio Ti-
bi , me per Dei gratiam , benè valere .
dignetur utinam qui mihi dat valetudinem ,
concedere etiam , ut eam in ipsius obsequium
impendam . Fac in dies sciam quid isthic
geratur , quo loco res tuæ sint , quid Chri-
stiani agant , omni studio incumbe ad festi-
nandam Aedis Sacræ structuram . Cum ea per-
fecta

